

37 Disp.II. Partit.I. de dist.pass. entis abente. 38

Ad secundam. ut vñsum est disp. superiori, cùm ostensum est, ens non includi intimè, & essentialiter in suis attributis, & vltimis differentijs.

Ad secundam. Respondet Scotista conformatum ad superiorum responsionem, quod ens non dicatur formaliter de suis attributis: & cùm interfuerit: ergo erunt formaliter nihil, hoc negat, quia inter ens quidditatuum & nihil, ponit aliquid medium, videlicet, ens qualitatuum. Imò Scotista faciet instantiam contra Thomistam: per te vnum quod est primum attributum entis, non est quid realis, sed quid negativum, ergo ens non dicitur de eo, ergo erit nihil, quod non admittit Thomista: sed dicit esse en negativum: dabitur ergo etiam ex eius doctrina aliquod medium inter ens reale & nihil, scilicet ens negativum aut priuatuum. Et sic quoq; dicit Scotista quid inter ens, & nihil formaliter detur quid positivum & ens reale qualitatuum, quod dici poterit ens realis diminutum.

Ad tertiam. Respondebis, nomine tenus indiuisionem p̄ se ferre negationem: at verè significat naturam positivam; non enim est aliud quā non posse diuidi, seu habere vñionē, quod non indicat re ipsa aliquid negativum, quod sic ostenditur euidentissimē in composito physico, quod est verè vñum, & proinde indiuisionem, cuius indiuisiō est formaliter vñio, ergo indiuisiō est quid positivum, & per cōsequens vñitas est quid positivum: antecedens probatur. Indiuisiō duarū partium est ratio, per quam illæ non sunt diuisa: sed vñio est ratio per quam partes non sunt diuisa; ergo vñio est indiuisiō partium: Minor probatur, quia vñio est ratio, per quā partes sunt vñitas, ergo est ratio, per quam partes sunt indiuisiō, quia idem est duas esse vñitas, & non esse diuisas; vñio autē illa non est indiuisiō vt patet, ergo & indiuisiō erit aliquid realē & positivum.

Ad quartam. Responde illam argumentationem esse vitiosam, peccat enim fallaciā figura distinctionis, quia mutatur quo in quid, dum enim dicitur, queror de illo addito per quid est vñum? Respondendum est quod non sit id, quod est vñum, sed id, quo res est vna & est similius causis huic, si quis dicere, homo est talis vel se ipso vel albedine; si albedine; & quārō quonam albedo sit alba: vñia autem est huiusmodi inquisitio.

Sic cūm dicitur, quārō de illo vno per quid sit vñum? Responde non esse vñum, sed esse id per quod res est vna: & licet hanc responsionem non admittat Jauellus 4. Meta q.3. subtilis tamen est, & recipienda.

Instantia. Quod si fiat instantia: Illud reale positivum, quo res est vna, est ens, vel non? si non; ergo nihil, ergo nihil erit quid positivum: si ens; ergo vñum, ergo per aliquid aliud debebit esse vñum, & sic in infinitum procedetur. Responde tamen, stando in doctrina Scotti, illud quo res est vna, esse quid reale positivum, non tamen esse ens quidditatuum, sed qualitatuum, & diminutum, & vt quo: quare non potest aliud aliud, quo sit vñum: nam in ijs quā se habent vt quo standum est: nec debet vterius procedi.

Tesponſio. Ad quintam. Responde ens posse concipi sine vñitate de pluralitate, dum cōcupimus ipsum ens nec in numero plurali, nec in singulari, vt significatur verbo infinito esse at quando Ens alijs nominibus aut verbis significatur, non potest con-

cipi, nisi aut sub vñitate, aut sub multitudine, non ideò est quid ratio vñitatis sit negatio, nam licet ita esset, posset tamen sine negatione concipi, sed quia nomina per numerū pluralem, vel singularem disposita sunt, vt significant ens vel tanquā vñum, vel tanquam multa. Vnde ad argumentum clare respondet, dicendo; quid remora per intellectum omni ratione positivā ipsi superadditū enti, ens remanet nec vñum, nec multa: quare negabitur consequentia. Imò retorqueri posset argumentū contra ipsos Thomistas: nam quacunq; separata ratione negatiū ab ente, adhuc ens esset vñum, etiam secundum ipsos.

Ad sextam. Dic vñum addere supra ens quidditatuum, ens qualitatuum, quod sufficit vt dicatur non addere nihil.

Ad septimam. Concede antecedens de ijs, quæ non sunt subordinata inter se: quod existentiā, ens autem & vñum subordinantur inter se, cūm ens sit subiectum & vñum sit eius passio: passio autem subordinatur suo subiecto.

Ad octavam. Nega minorem: & ad eius proportionem dic passiones entis esse extra rationem entis quidditatuum, non tamen extra rationem entis qualitatuum; quid autem sit ens quidditatum, & ens qualitatuum, sufficienter explicatum est disput. superiori.

C L Y P E V S Q U A R T V S .

Respondeatur Scotisti.

Ad primam rationem Scotistarum respondetur. tur negando maiorem; sufficit enim vt aliqua habeant diuersa contraria quid sit distinctio rationis ratiocinata inter illa, vt patet de albedine & similitudine, albedo namq; & similitudo non distinguuntur ex natura rei, artamen eorum opposita distinguuntur etiam realiter, scilicet nigredo & similitudo.

Ad secundam. Dices potentias specificari per obiecta; non tamen ab illis habere suam distinctionem inter se: vnde intellectus & voluntas non ex eo distinguuntur inter se quid sit penes diuersa obiecta, licet ab ipsis specificentur: aliud est enim specificari, aliud distinguui: res enim aliqua vñica realiter existens potest esse obiectū duarū potentiarum distinctiarum realiter, modō illa res habeat diuersas concepitiblities, seu modō haec beat fundamentū, vt concipiatur diuersis modis.

Ad tertiam. Longam profert Mafius lib 2. Metaph. ex Soncinate solutionem, quæ ibi videri poterit: Interim breuius & facilius sic respondebis, quid distinctio rationis ratiocinata latitudinem obtineat, id est dantur diuersæ: sicut & dantur plures diuersæ distinctiones rei; quedam enim magis, alia verò minus intra eius ambitum distinguuntur: & ita licet transcendentia, tam in Deo, quam in creaturis distinguuntur tantum ratione ratiocinata, distinguuntur tamen minus in Deo, quam in Creaturis. Aut dici posset quid fundamentum distinctionis illorum transcendentium in Deo, non sit in ipso Deo, sed in creaturis; elevatur tamen & attribuitur Deo; quia enim videmus ens & verum in creaturis habere fundamentum distinctionis, proinde etiam quia ens & verum in Deo reperiuntur, idcirco dicimus sic in Deo illa distinguui: seu in Deo esse fundamentum sic illa concipiendi distincta: in ipsis

*Num 5.
Respondeatur
rationibus
potest pro
dist. attrib.
Ad primam.*

Ad secundam.

Ad tertiam.